Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26142
Copyright: Admont, Benediktinerstift

pinquasset proprio uocans nomine salutauit eum dicens. Aue inquit Tnugdale
quod agis. Videns autem ille miser speciosum iuuenem erat enim speciosus
forma prae filiis hominum. audiensque semet ipsum proprio nomine abeo
nominatum. primore simul et gaudio cum lacrimis tale prorupit in
uocem. Heu inquit domine parce dolores inferni circumdederunt me. occupa
uerunt me laquei mortis. Cui angelus. Modo inquit uocas me dominum et
patrem quem semper & ubique tecum habebas. et nunquam me tali nomine dig
num iudicabas. Qui respondit. Domine. Vnumquam te uidi. aut vocem
tuam dulcissimam umquam audiui. Respondens angelus dixit ei. Ego
te semper sequebar anatiuitate tua quocumque ibas. & nunquam meis
consiliis obtempare uolebas. Et extendens manum inmundorum
spiritum quem ceteris maledicis ei magis insultabat. Ecce inquit ille.
cui consiliis acquiescebas. & mea omnino uoluntate neglexeras. Sed quia
dominus misericordiam semper praefert iudicio. et etiam indeficienter indebita eius
mira. Tantum esto secura et leta. quia patieris pauca demultis quae patere
ris. nisi et subuenisset mihi nostri creatoris. Ite ergo sequere. et quocumque
et monstrauero memoriter tene. quia iterum adcorpus tuum debes redi
re. Et illa anima ultra modum perterrita. accessit adeum propi relicto
corpore super quod steterat prius. Demones autem hec audientes. Imala
quantea illi animae minabantur se inferre non posse conspicientes. posuerun
incertum os suum dicentes. O quam iniustus & crudelis est dominus. quia quos wlt mor
tificat. et quos wlt uiuificat. non sicut promisit unicuique secundum opus suum.
et meritum reddit. Liberat animas non liberandas. et damnat non damp
nandas. Et his dictis insemet ipsos insurrexerunt. & quibuscumque poterant
alterutrum se plagis dampnauerunt. Innumio fetore relicto cum ingenti
tristicia & indignatione recesserunt. Angelus vero procedens dixit ad
animam. Sequere me. Illa autem respondit. Heu domine mi. si processe